PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 54r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



alijs vicissim opificibus nichil qz inhonestum inmoderatu
illiberale turpe facere sinendu aut in animaliu ymaginibus
aut edificijs alijsqz operibus Sin uero quispiam id minus
possit agere eiciendus est a nobis ne in malicie figuris atqz
formis ueluti in praua quadam herba in nutrici custodes
nri ac plura cotidie paulatim decerpentes in multis denique
depasti et assueti magnu quodpiam latenter malu in anima
constituant Sed hij solumo artifices querendi sunt qui
honesti decoriqz natura egregie norint emulari Ut
que admodu in salubri loco habitantes nri adolescentes
ab omnibus utilitate consequant unde illis ex optimis opi
bus ad usum auditu qz aliquid semp possit occurrere ueluti
ex bonis locis afferens salubris aura sanitate statimqz ex
puericia ad similitudinem amiciam ac congruenciam sensim
ratione producens Gla Sic optime profecto nutrirentur

Capitulu undecimu Cum utilis musica sit ad Inquit
animi concinitatem et modestiam Socrates Glauco

Propterea o glauco in qua principalis erit in mu
sica nutricio cum richinus atqz armonia faci
lius ad animi interiora subire soleant ipsumqz
fortissime excitare decoru illud afferentes ex quo po
tissimu si quis certe nutritus sit efficitur honestus sin
aliter illi ut contrarius eueniat opus est Quamobrem
quoscumqz destitutos aut minus egregie eruditos natos
ue p facile ut deceat altus eruditusqz cognoscet ac recte ill
succensus bona comendaret letus totaqz complexus mente
ab ipis nutriretur et bonus fieret ac honestus turpia
quoqz maxime aspernatus qm qm iuuenis ad huc ens odio
insectabitur priusqz rationem aptus sit suscipe qua demu
accedente ob familiaritatem potissimu amplexus coleret
sentiretqz Horu igitur de causa nutricionem in musica
qm primu faciendu censeo Sicut enim literas tuc optime

Decoru ab armonia

Nutricio prima in musica